

## 6 Traduci la seguente versione d'autore.

### Il sogno di Scipione l'Emiliano

Scipione l'Emiliano narra di come una notte, presso il re Massinissa, gli apparve in sogno il suo illustre avo Scipione l'Africano.

*Cum in Africam venissem M'. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam convenirem regem<sup>1</sup>, familiae nostrae iustis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex conlacrimavit aliquantoque post suspexit ad caelum et: «Grates», inquit<sup>2</sup>, «tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui Caelites, quod, ante quam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor; itaque numquam ex animo meo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria». Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica percontatus est, multisque verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies. Post autem apparatu regio accepti sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur omniaque eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset<sup>3</sup>. Deinde, ut cubitum discessimus, me et de via fessum, et qui ad multam noctem vigilavisse, artior quam solebat somnus complexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti) Africanus se ostendit eā formā, quae mihi ex imagine eius quam ex ipso erat notior; quem ubi agnovi, equidem cohorui, sed ille: «Ades», inquit, «animo et omitte timorem, Scipio, et, quae dicam, trade memoriae».*

(Cicerone)

<sup>1</sup> nihil ... regem: «nulla mi fu più gradevole che fare vista al re Massinissa».

<sup>2</sup> inquit: «disse».

<sup>3</sup> meminisset: «ricordò».

## 27 VERSO LA VERSIONE Traduci la seguente versione d'autore, di cui hai già letto alcune frasi, semplificate e adattate, nell'esercizio n. 20 a p. 464.

### Fabio rinnova le abitudini dell'esercito romano

Il console Fabio, dopo aver arruolato un certo numero di soldati in vista della guerra, parte alla volta dell'accampamento per sostituire il pretore Appio. Le idee di Fabio, noto e apprezzato comandante, sono innovative per la strategia militare romana: pochi soldati e accampamenti non fissi.

*Cum magnum bellum immineret, omnes urbis iuvenes concursum ad Fabium consulem faciebant et nomina dabant<sup>1</sup>; multi enim cupiebant sub eo duce stipendia facere. Consul, tanta turba circumfusus, ita locutus est: «Quattuor milia peditum et sescentos equites tantum scribere in animo est: omnes locupletes referre potius quam multis militibus bellum gerere malo<sup>2</sup>». Profectus apto cum exercitu ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes aberant, Fabius ad castra Appi praetoris pergit. Paucis citra milibus lignatores ei cum praesidio occurrunt, qui ut lictores praegredi viderunt Fabiumque esse consulem acceperunt, laeti atque alacres dis populoque Romano gratias agunt quod eum sibi imperatorem miserant. Circumfusi deinde cum consulem salutarent, quaerit Fabius quo pergerent respondentibus que ad silvas ligni causā se ire, dixit consul: «Num castra vallata non habetis?». Ad hoc cum sucllamatum esset duplice quidem vallo et fossa et tamen in ingenti metu esse, ita respondit Fabius: «Satis ligni<sup>3</sup> iam habetis: redite et vellite conferteque in unum locum lignum valli». Illi rediverunt in castra atque ceteris militibus dixerunt quod Fabius facere iusserat. Postero die castra mota sunt et Appius praetor Roman dimissus; inde nusquam stativa Romanis fuerunt: non ignorabant quam utile esset uno loco sedere exercitum, sed utiliora putabant militibus esse itinera ac mutationes locorum.*

(Livio)

<sup>1</sup> nomina dabant: «davano i loro nomi» per l'arruolamento; «si arruolavano».

<sup>2</sup> malo: «preferisco».

<sup>3</sup> Satis ligni: «legna a sufficienza».